



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla XCVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

- 1 Fallit 1. quando mulier adulterium commisisset de uoluntate & consensu mariti d.l. cum mulier, & l. quoniam C. de adult. & ibi Saly. & Alex. quoniam uolenti non fit iniuria.
- 2 Fallit etiam quando uir cum alia muliere adulterium commisisset, quoniam mutua delicta paria compensatione tolluntur. ut l. uiro atque uxore. ff. solut. matr. & Bar. Moder. in l. is qui reus. ff. de pub. iudit.
- 3 Fallit quando uir cum ea reconciliauerit & eius mores approbauerit. secundum tex. in d. l. Lucius. ff. sol. matr. & d. c. plerumq; de donat. inter uirum & ux. Rom. consi. 286. Bal. consi. 303. uol. 3. nu. 1. & consi. 310. nu. 5. uol. 1.
- 4 Fallit etiam si filia habet patrem, quia pater non debet perdere dotem propter adulterium filie. secundum Cyn. Bal. Ang. & Saly. in l. si cum dorem. C. de iure doct. & in l. 2 §. si uoluntate. ff. sol. matr. & ibi Ias. Castr. Imol. Alber. Bar. & Alex. Ang. & Io. de Imola in l. si filius. ff. de dama. infect. Boe. in q. 338. nu. 5. & 6.
- 5 Fallit etiam si habet liberos ex primo matrimonio, quia tunc non applicabitur secundo uiro, pro ut dicunt Abb. sic. Anco. de Bur. in c. 1. ut lit. pendent. & Bal. in l. hac et. Etali. col. 2. de secund. nupt. & Franciscus Crem. in sing. 86.
- 6 Fallit etiam quando maritus non facit debitum erga uxorem ab ea requisitum, quia tunc uxor nullo modo punitur per tex. in c. si tu abstinere 27. q. 2. Ratio quia qui occasionem damni dat. damnum dedisse uideretur uulg. l. qui occidit. §. in hac. ff. ad l. Aquil. & ibi Flor. Zabba. in clem. in c. cum ex eo. in princ. uerbi. oppo. post Guiel. de Monte de sent. excommu. & dicit ibi b. Aug. si tu abstinere sine uxoris uoluntate tribuis ei fornicandi licentiam & peccatum illius tuæ impurabitur abstinentiæ. sed illa debet omnia mala pati potius quam peccati uitio consentire. & uide Bal. consi. 6. num. 7. uol. 5. Alex. in consi. 157. in fine uol. 5. Fulgo. consi. 136. in causa crimin.

REGULA XCVIII.

- 1 Mulier regulariter non succedit in feudo, nec ex herede descendit.

descendens. in bonis & rebus feudalibus. ut c. 1. de success. feud. & c. 1. de gradibus succed. in feud.

Amplia. ut nec etiam filii naturales legitimari. ut c. naturalis. si de feudo fuer. contro. & glo. in c. 1. de nat. succed. feud. Cyn. in auct. sed & si quis. C. de secund. nupt. Guid. Papa q. 59. nu. 1.

Fallit nisi hoc pacto feudum fuerit acquisitum. ut etiam filia deficientibus masculis in feudum succedant ut. c. 1. & quia uidimus de grad. successi. & de iis qui feud. dare possunt. & ibi Bal.

Fallit etiam quando mulier est nominata in instrumento inuestiturae, quia tunc ratione denominationis suae personae est capax bonorum feudalium. secundum Henr. Boyc. in c. per venerabilem, qui filij sint legit. Host. in summa de feud. §. apud quem, & late Ias. Bal. & Aluar. in c. 1. de success. feud. & in Gallia feudum est ad instar patrimonii, & alienari potest. secundum Boe. q. 202. num. 3. & q. 114. nu. 12. & 13.

Fallit etiam quando in inuestitura facta de bonis feudalibus dictum fuit pro se & haeredibus suis utriusque sexus, quia tunc tam Mares, quam foeminae sunt capaces d. bonorum feudalium. secundum Cor. consi. 199. ubi Rom. vol. 2. col. 13. Afflic. deci. 305. nu. 15. 16. & 17. quia exconuentione feudum acquiritur. secundum Affl. & Bal.

REGULA XCIX.

Mulier uxorata tenetur operari marito, & eo uita functo tenetur operari eorum haeredibus, si ab eis alimenta recipit: sicut & filius si operatur patri. uictum habere debet Corf. sing. in uers. uxor. licet fuerit dictum Bal. in l. si uxorem nu. 6. C. de cond. infert. & in auct. ex testamento. C. de collat.

Fallit si transit ad secunda uota, quia eo tunc tenetur operari i. uiro. cui adheret & a quo habitationem uestes & alimenta recipit & cui etiam parere necesse hab. et. &

H 3 ideo